



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Vitæ Pontificum Romanorum

Ex Antiquis Monumentis Collectæ

Sandini, Antonio

Bambergæ, 1753

LXXIX. Adeodatus. Anno Christi 672. Constantini Pogonati 5.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65446](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65446)

ganis uti cœpisse, Platina scribit (3)
Pontifex fuit annos quatuordecim, men-
ses sex, dies decem septemque.

ANNOTATIONES.

(1) Quia Byzantio solvens tenerâ ad-
huc lanugine fuerat, è Sicilia verò pro-
missam barbam retulerat, Pogonati cog-
nomen accepit à Civibus. Zonaras lib.
14. Annalium pag. 70. edit. Venetæ. πώγων
enim barba est.

Responsales Nuntii, interdum & A-
pocrisarii, & qui Responsa, seu negotia
Ecclesiastica peragebant: Ducangius in
Glossario. Vide Annotation. 5. ad S. A-
gapetum.

(2) Vide annotat. 1. ad Bonifacium IV.

(4) Nonnulli apud Ludovicum Cresol-
lium lib. 3. Mystagogi cap. 27. ajunt,
Organa in Ecclesiis audiri cœpta, permis-
su Damasi Pontificis. Bonâ de divina Psal-
modia cap. 17. §. 2. num. 5. Platina sen-
tentiam magis probat, Multa in hanc rem
Stephanus Durantus lib. 1. De ritibus Eccl.
Cath. cap. 13.

LXXIX.

ADEODATUS.

ANNO CHRISTI 672.

CONSTANTINI POGONATIS.

Sandini Vitæ Pontif. Y ADEO-

Bar. an.
669. §. 3.
Pag. §. 4.

A DEODATUS Jobiniani filius,
Romanus, Monachus, X. Kal.
Majas anno 672. Pontifex factus est.
*Hic instituendi eligendique Ducis Apo-
stolicâ auctoritate jus Venetis perpetuè*

Bar. an.
676. §.
1. 2.
Pag. §.
2. 3.

confirmavit. (1) Ratum etiam habuit
privilegium à Crotperto Turonensi
Episcopo concessum monasterio S.
Martini. Ejus privilegii summa erat,
ut Episcopo Turonensi, in cujus
Diœcesi erat Monasterium illud, jus
tantùm esset initiandi Monachos
Ordinibus sacris, consecutumque ab
se chrisma illis concedendi. (2)
Obiit VI. Kal. Jul. anni 676. post
*annum quartum, mensem secundum, &
diem quintum, quàm Pontificatum
gerere cœperat.*

ANNOTATIONES.

(1) Petrus Justinianus lib. 1. Rerum Ve-
netarum pag. 6.

(2) *Hoc privilegium suspecta fidei esse
videtur Joanni Launojo Assertionis pri-
vilegium S. Medardi part. 3. cap. 20.*
Pro vero ac legitimo habet Radolphus Mon-
nyerus in libro De juribus Ecclesiæ S.
Martini Turonensis, & ea refellit, que
in contrarium assert Launojus. Carolus
Cointius in Annalibus Ecclesiæ Francorū
ad an. 674. §. 33. 99. rationibus utrius-
que

que partis examinatè perpensis, accedens
 Monnyero ita concludit. *Privilegium*
 igitur, quod Crotpertus Turonensis
 Episcopus Monasterio S. Martini con-
 cessit, & Adeodatus Romanus Ponti-
 fex Apostolicâ post auctoritate confirma-
 vii, nec suppositium, nec subreptitium
 putamus, cum nihil in eo legatur, quod
 illorum temporum consuetudini, formu-
 laque privilegiorum tunc usitata repugnet.
 In eadem sententia versatur Joannes
 Maan, Turonensis Ecclesie Canonicus ac
 Præcentor, in Historia Turonensi, ubi
 in assertionis sue testes allegat, quos su-
 pra in eadem causa Papyrium Masso-
 num, & Casarem Bironium laudavimus.
 Ab his non dissentit Mabillonius lib. 1.
 De Re Diplomatica cap. 3. §. 9.

LXXX.

DONUS I.

ANNO CHRISTI 676.

CONSTANTINI POGONATI.

DONUS, Mauricii filius, Roma-Bar. an.
 nus, anno 676. Kal. Novembr. 676. §. 7.
 in Petri Sede collocatur. (1) Huic Pag. 9. 2.
 Ravennatem Ecclesiam subjecit Ar-
 chi-Episcopus Reparatus, cujus de-
 Y 2 cessor